Et refloruit caro mea: et ex voluntate
mea cõfitebor illi. Dñs fortitudo plebis
sue: et ꝓtector saluationũ xpi sui ẽ. Sal-
uũ fac pplm tuũ dñe et bñdic hereditati tu-
e: et rege eos et extolle illos vsq in etnũ.

Dñs defensor vite mee

Afferte dño filij dei: afferte dño fili-
os arietũ. Afferte dño gloriã et ho
norẽ. afferte dño gloriã nomĩ eius: ado
rate dñm in atrio sctõ eius. Vox dñi sup
aquas. deus maiestatis intonuit: dñs su
per aquas multas. Vox dñi in virtute:
vox dñi in magnificẽtia. Vox dñi ɔfrin
gẽtis cedros: et ɔfringet dñs cedros liba
ni. Et cõminuet eos tanq vitulũ libani:
et dilectus queadmodũ filius vnicorniũ
Vox domĩ intercedẽtis flammã ignis.
vox domini concutientis desertũ: et cõ-
mouebit dominus desertũ cades. Vox do
mini preparantis ceruos et reuelabit cõ
densa: et in templo eius oẽs dicent glo-
riã. Dominus diluuiũ inhabitare facit:
et sedebit dominus rex in eternũ. Domi
nus virtutem pplo suo dabit: dominus
benedicet populo suo in pace.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-115/0033
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt